HUGO DE SANCTO VICTORE. GUILELMUS DE SANCTO THEODORICO. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Göttweig (?), 4. Viertel 12. Jh. Seite 58r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

seruet eiuus ministerium ad exteriora sola dispensanda ordinatu
esse putant. Potestates dicunt illos spe uocari qui ad usus uirtutes
subiectas habent. et eas secun datam potestate libere comprimunt.
ne tantum nocere ualeant quantum uolunt. Principatus autem appel
latos putant eos minutum spe qui ipsis etiam bonis angelorum spiritibus
plati sunt. quibus dum agenda queque impatur subiectus ad explanda
diuina ministeria principantur. et superiores existunt. Dominationes autem
dictos qui et principatus excellentiori potestate transcendunt. ut ipsos quoque
subiectos habeant qui aliis ad ministerium explendum impari meruerint.
Hec breuiter de ordinibus angelorum et nominibus ad futuram narrationem ne
cessaria perlibanda esse putauimus ut semel dicta lector: ad singula queque
prout ratio poposcerit et causa insequentibus commemoranda super his et for
tassis sine his obscura dicenda assumat. Nam ad ipsius textus seriem.
explanandam reuertamur. Supius diximus quia non haberent rationem theologi no
minandi angelicum ordinem archas aut thronos aut seraphin. quia
ipse uidelicet angelicus ordo non est in participatione illarum excellissimarum
uirtutum ut ipsis participet in nomine quibus non participat in nomi
nis proprietate. Nunc id ipsum sequentibus probat uerbis. quia uidelicet an
gelicus ordo excellissimis uirtutibus non participat. Non uiquit par
ticipat cum ipsis. sed quia participat ex ipsis. Aliud quippe est in plenitudine
participare. atque aliud ex plenitudine participationem accipere. Sic itaque
angelicus ordo excellissimis uirtutibus subiectus est ut non par
ticipet cum ipsis sed ex ipsis. qua sicut ipse eos qui in hominibus ad diuinam
cognitionem reducunt illuminando et erudiendo reducit. sic et a bis
que ante ipsum sunt uirtutibus diuinam ipse illuminationem percipit.
hoc est quod ait. Sicut ipse uidelicet angelicus ordo nostros diuinos sum
mos sacerdotes. i. sanctos uiros qui sacra diuina ab angelis immediate
percepunt. et nobis tradiderunt reducit ad cognitionem et diuinitatis
fulgores. i. diuinam cognitionem quam ipse percepit et perceptam tribuit.
sic ipsum et reducunt uirtutes ostentant que sunt ante se. i. ante ipsum
uel super ipsum uirtutes dico ualde sacre uel omnino sacre ut possint
per excellentiam sanctitatis forma perfectionis esse subiectas. Et sunt et